

est. Nam non solum cancellaria aulica iam pridem scripsit de uniuscuiusvis tam Eltonis quam Maurimonasteriensis domini abbatis iuribus, alias nostro episcopatus sigillo cedere solitis, nunc de jussu sereniss. archiducis hoc liberaliter concedentis, sibi centum adeoque ducentos simul florenos persolvendos esse, sed eosdem etiam ut incunctanter solvantur, iam secundo dominus expeditor apud me institit. Cui quidem responsi loco pauperiem et necessitatem summam monasteriorum nostrorum primitus describendo, deinde etiam allegando fore, ut dominus sigillifer huiusmodi iurium seu proventuum suorum diminutionem et metuendum inde praeiudicium aegre admissurus sit, promisi tamen aliquid thuris aulici, me scilicet, ut ubique petitionis favori operaturum gnaviter, quidquid potuero, ino solutionem iamiam vehementer me ursisse dixi. Exspectans modo quam gratiae meae fuerint, vel quo frontis signo, quave animi gratia receptae. Hinc quidquid alias mea apud serenissimum valeat auctoritas (puto ubique modicum) hic tamen ad impediendum interesse, mente iam devotatum, ut contra partem adversam principis aures semper patentem ad lubitum et iam faventes habentem praevaleat, penitus diffido. Juxta tamen necdum desperandum iudico, saltem quid tentare nocet? Meo igitur consilio, quod quidem aliorum longe prudentiori et feliciori semper subiectum volo, poterit rev. dom. vestra clementissimo domino nostro sui miserias et defectus monasterii, quo lamentabilis eo puto salubrius exponere et illarum motu pro condonatione taxae integrae (cum intentione tamen et resignatione arbitrandi multum se accepisse, si dimidiam vel tertiam partem obtineat) supplicissime rogare, dissimulando etiam quidquam se scire, quod aulici iamiam egregiam inde summam sibi donatam dicunt. Si vero timeat, ut literae ad serenissimum immediate directae tradantur, aut ne minus optato modo recommendentur, sicut multis aliis in huiusmodi via ad rev. p. Joannem Schega, confessarium archiducis, patet, praeter quem nunc et praesertim in hac causa factorem aut fidelem novi neminem, sic et rev. dom. vestrae licebit ibi cum magna ac speciali confidentia, quam depraedicet, pulsare et exhibita sup-

plicationis serenissimo factae copia, rogare enixe, ut sua ipse recommendatione multum valida precibus robor ad effectum addere dignetur, velim tamen huius consilii auctorem me propalari nullibi. Cum resolutione quoque mea super puncta de me rogata hic adiacenter compareo, putans eam sacris legibus deque honori ac rev. dom. vestrae menti conformem, vel si quid in ea vel ad eam amplius desideret, confidenter moveat, studebo servire ad nutum quacunque occasione. Cetera, quae ad fratres suos maxime p. Amandum et p. Arbogastum, dexteritati rev. dom. vestrae relinquens ac deum ferventer rogans, sic adjuvante sua gratia vobis assistere actionesque dirigere taliter, ne in coeptis optime, languescat tam cito, vel ad obvium quemvis caespitem totus animo corruat, sed post nubila Phoebum sperandi gustatis prius amaris dulcibus postea tanto felicius, hilarius et securius perfruat. Faxit deus. Dedi Molzhemii die 31. Octobris anno 1653.

Rev. dom. vestrae addictissimus servus Georgius Albanus Meyer, doctor, vicarius generalis. m. pr.

Original in dem Ettenheim-Münster'schen Briefbuche Nr. 7 (Copeibuch Nr. 329*).

In den ersten zehn Jahren seiner Prälatur 1653–62), d. h. bis zum Regierungsantritte des Bischofs Franz Egon, hatte der Abt Franz vorzüglich drei größere Streitigkeiten auszufechten, worüber im Ettenheim-Münst. Briefbuche Nr. 10 viele Aktenstücke sich finden, welche nicht alle hier mitgetheilt werden konnten. 1) Die Streitigkeiten mit dem Erzpriester Ramstein in Haslach als Vertreter des Ruralcapitels, welche er beim Antritte seiner Prälatur schon vorfand, betrafen das Verhältniß der Pastoration in Schweighausen, Münchweiler und Grafenhausen und die Inbesitzungszugehörigkeit der Pfarren in Ettenheim und Gravenhausen. Die Briefe über diese Angelegenheit sind von dem Abte Franz (Concepte), Ramstein in Haslach und dem Consistorium in Molsheim. 2) Streitigkeiten mit dem bischöflichen Stadtschreiber Meehl in Ettenheim, worüber Briefe von Meehl, dem Abte und Soh. Heinrich von Rothensfüle vorhanden sind. 3) Die Streitigkeiten wegen der Benediction des Abtes, welche erst 1655 erfolgte, und wegen der Eidesleistung seiner Unterthanen. Hierüber sind Briefe von Amtmann v. Görde, dem Abte, dem Statthalter in Zabern und Andern vorhanden. Von diesen zahlreichen Aktenstücken konnten nur wenige hier mitgetheilt werden, welche entweder einzelne Andeutungen, die in der Biographie angegeben sind, erklären und über dieselben näheren Aufschluß geben, oder solche, die wichtigere Entscheidungen enthielten.

42. Urtheil des Consistoriums in Molsheim i. S. des Ruralcapitels gegen den Abt von E. Molsheim, 1. Juli 1654.

Ad querelas dominorum archipresbyteri, camerarii et diffinitorum capituli ruralis Ettenheimensis etc. Injungitur religiosis monasteriorum ord. s. B. Schultern et Ettenheimmünster, parochias sub dicto capitulo rurali

dr. vicarius generalis Argentinensis, nach welcher der Abt Franz in Abschlagszahlung an der Confirmations-Tage 100 fl. bezahlet hat. Darunter schrieb Abt Franz, die Confirmations-Tage betrage nach alter pergamentener Matrifel nur 100 fl. Nach einem Schreiben des Stadtschreibers Georg Wilhelm Meehl, d. d. Ettenh. 17. October 1654, war der Abt mit der Zahlung von 50 Pfund D. an die bischöfl. Amtkassa pro anno 1653 noch im Rückstande. Briefb. Nr. 10.